Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

dictum est. Capillus capitis uestri non peribit. Sed
sic dicebit in illo nouo seculo. ut indicia
gloriosorum uulnerum in illa inmortali carne cer-
nantur. Non membra ut perciderunt precisa uel
secta sunt: ibi cicatrices sed tamen eisdem mem-
bris redditis non perditis apparebunt. Quamuis
itaque omnia que acciderant corpori uicia: tunc
non erunt; non tamen sunt deputanda uel appellanda uicia uir-
tutis indicia. **Greg.** Palpandam autem car- — *in omel.*
nem dominus prebuit. quam ianuis clausis intro-
duxit. qua in re duo mira et iuxta humana-
nam rationem ualde contraria ostendit. dum post
resurrectionem corpus suum et incorrupti-
bile et tamen palpabile demonstrauit. Nam et cor-
rumpi necesse est quod palpatur: et palpari non potest
quod non corrumpitur. Et incorruptibilem
se ergo et palpabilem demonstrauit: ut profecto
esse post resurrectionem ostenderet esse corpus suum-
et eiusdem nature et alterius glorie. **Greg.** — *xxiiii mor.*
Corpus et nostrum in illa resurrectionis gloria
erit quidem subtile per effectum spiritualis poten-
cie: sed palpabile per ueritatem nature. Non ergo
sicut eutici*us* scripsit impalpabile et uentis [illegible]
aereque subtilius. **Aug.** Videbat autem tho-
mas et tangebat hominem: et confitebatur
deum quem non uidebat neque tangebat. Sed per hoc
quod uidebat atque tangebat. illud iam remo-
ta dubitatione credebat. Unde sequitur. Respondit
thomas et dixit ei. Dominus meus et deus meus.
Theoph. Qui prius infidelis fuerat. post la-
teris tactum optimum se theologum ostendit.
Nam duplicem naturam unicam que hypostasi
Christi est edisseruit. Dicendo enim. dominus meus. huma-
nam naturam; dicendo uero. Deus meus. diui-
nam confessus est. et unum et eundem deum et
dominum. Sequitur. Dicit ei ihesus. quia uidisti
me credidisti. **Aug.** Non ait. tetigisti
me: sed uidisti me: quia generalis quodammodo
sensus est uisus. Nam et per alios .iiii. sensus
nominari solet. Velud cum dicimus. audi et
uide quam bene sonet. olfac et uide quam bene
oleat. gusta et uide quam bene sapiat. tange
et uide quam bene caleat. Unde et hic dominus dicit.

Infer digitum tuum et uide manus meas. Quid
aliud ait quam tange et uide. Nec tamen ille ocu-
los habebat in digito. Ergo siue intuendo. siue
etiam tangendo. hunc ait. Quia uidisti me cre-
didisti. Quamuis dici possit non eum ausum fuisse
discipulum tangere: cum se offerret ille tangen-
dum. **Greg.** Sed cum paulus apostolus dicat.
fides est substancia sperandarum rerum. argumentum non
apparentium: profecto liquet. quia que appa-
rent iam fidem non habent: sed agnitionem.
Dum ergo uidit thomas. dum palpauit: cur
ei dicitur. quia uidisti me credidisti: Sed aliud
uidit aliud credidit. hominem uidit: et deum
confessus est. Letificat autem ualde quod sequitur.
Beati qui non uiderunt et crediderunt. In qua
sententia nos specialiter signati sumus. qui eum quem
carne non uidimus: mente retinemus. Si
tamen fidem nostram operibus sequimur. Ille enim
uere credit: qui exercet operando quod credit.
Aug. Preterito autem temporis usus est uer-
bo; tamquam ille qui id quod erat futurum in sua
nouerat predestinatione iam factum. **Crisosto.**
Cum ergo aliquis dixerit nunc. Vellem in tem-
poribus illis fuissem et uidissem Christum miracula
facientem: excogitet. Beati qui non uide-
runt et crediderunt. **Theoph.** Exprimit autem et
hinc discipulos qui non plagas clauorum nec
lateris palpantes crediderunt. **Criso.** Quia
uero iohannes pauciora aliis euuangelistis dixe-
rat: subiungit. Multa quidem et alia sig-
na fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum que
non sunt scripta in libro hoc. Sed neque alii omnia dixerunt:
sed quantum erat sufficiencia attrahere ad fidem au-
dientes. **Alcuin.** Autem uidetur hic dicere ea que
post resurrectionem sunt signa. Et ideo dicit in con-
spectu discipulorum suorum. cum quibus solis
post resurrectionem conuersatus est. Deinde ut dis-
cas quoniam non solum discipulorum gratia signa
fiebant: induxit. Hec autem scripta sunt ut credatis quia ihesus est
Christus filius dei. Communiter ad humana natu-
ram loquitur. et ut ostendat quoniam non illi cui cre-
ditur: sed nobis ipsis credere utile est. subdit.